Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



matre · Qui maledixerit patri vel matri morte moriatur.
Vos autem dicitis · quicumque dixerit patri vel matri · munus
quodcumque est ex me tibi proderit · Et non honorificabunt pa
trem suum aut matrem suam · et irritum fecistis mandatum de
propter traditionem vestram · Ypocrite · bene prophetavit de vobis
Esaias dicens · Populus hic labiis me honorat · cor
autem eorum longe est a me · Sine causa autem colunt
me · docentes doctrinas et mandata hominum · Et convocatis
ad se turbis · dixit eis · Audite et intelligite · Non quod
intrat in os coinquinat hominem · sed quod procedit ex ore
hoc coinquinat hominem · Tunc accedentes discipuli
eius · dixerunt ei · Scis quia pharisei audito hoc verbo
scandalizati sunt · At ille respondens ait · Omnis plan
tatio quam non plantavit pater meus celestis · eradica
bitur · Sinite illos · ceci sunt duces cecorum · Cecus autem
si cecum ducatum prestet ambo in foveam cadunt · Respondens
autem petrus · dixit ei · Edissere nobis parabolam istam ·
At ille dixit · Adhuc et vos sine intellectu estis · Non intelli
gitis · omne quod in os intrat in ventrem vadit et in secessum
emittitur · que autem procedunt de ore de corde exeunt · et ea coin
quinant hominem · De corde enim exeunt cogitationes
male · homicidia · adulteria · fornicationes · furta · falsa testimo
nia · blasphemie · Hec sunt que coinquinant hominem ·
Non lotis autem manibus manducare non coinquinat homi
nem

Lectio libri Regum ·

Diebus illis · Venit mulier sunamitis ad helyseum
in monte carmeli · Cumque invisset eum vir dei · de cognita
ait adiens puer suum · Ecce sunamitis illa · Vade in occur
sum eius · Et dic ei · Recte ne agitur erga te et erga virum tuum ·

Leo li. 10 ysai